

Band II., Nr. 479, Seite 291-293

*Kaiser Heinrich VI. nimmt das Kloster Salem mit genannten Besitzungen
in seinen unmittelbaren und ausschließlichen Schutz.*

Würzburg, 1192. Juni 7.¹

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus sextus, divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Imperatorie maiestatis a deo nobis creditum postulat et requirit offitium, ut unicuique quod suum est equitatis iure conservemus, precipue autem ecclesiis et monasteriis ad serviendum deo continua devotione deputatis favorem et opem gratię nostrę eo magis familiaribus studiis impendamus, quo certius ad remissionem peccatorum in ęterna bonorum retributione nobis id profuturum esse speramus. Eapropter cognoscat tam presens etas quam successura posteritas, quod nos ob remedium animę nostrę piam et pronam aurem gratanter accom[m]odantes rationabilibus et iustis peticionibus Eberhardi abbatis de Salem, religiosi quidem et sane opinionis viri, precibus quoque tocius collegii eius clementer acquiescentes, et predecessoris nostri felicis memorie Chōnradi Romanorum regis, ac patris nostri Friderici, invictissimi Romanorum imperatoris, vestigiis inherentes, prefatum dei genitricis semperque virginis Marię monasterium Salem cum fratribus divino inibi obsequio mancipatis sub nostra imperiali tuitione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quęcumque bona in presentiarum iuste et legitime possident, aut in futurum concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis

¹Im gedruckten Württembergischen Urkundenbuch wurde die Urkunde, noch ohne Kenntnis des Originals, zunächst auf 1193 Juni 7 datiert. Indiktion und Regierungsjahre weisen jedoch auf das Jahr 1192, sodass man eine Umdatierung für möglich hielt, vgl. u.a. die Anmerkungen bei WUB, Bd. II, S. 290 und S. 295, Nr. 481. Die Vermutung bestätigte sich zunächst durch THEODOR TOECHE: Kaiser Heinrich VI., Leipzig 1867 (Jahrbücher der deutschen Geschichte, 16). [Zuvor lat.: De Henrico VI. Romanorum imperatore, Normannorum regnum sibi vindicante, Berlin 1860], und durch KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. . Die JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: Regesta Imperii Abt. 3: Die Regesten des Kaiserreichs unter den Herrschern des salischen Hauses 1024-1125, Bd. 1: Unter Konrad II. 1024-1039, nach Johann Friedrich Böhmer neu bearb. von Heinrich Appelt, Graz 1951; Bd. 2: Unter Hei, Bd. 3,1, Nr. 224, belegten dann anhand des Originals die Datierung mit dem Jahr 1192, sodass sie in der vorliegenden Edition entsprechend geändert wurde.

II

prestante domino poterint adipisci, firma et illibata eis eorumque successoribus permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Hereditatem videlicet que a Guntrammo viro nobili de Adilsriuti in presentia Landolfi de Seolungen, Adelberti et filii eius Burchardi de Frikingen, Hermanni de Marcdorf et aliorum plurium, per manum Christiani abbatis de Lucela, et postmodum per manum Chönradi, illustris Romanorum regis, et presentibus principibus: duce Friderico, duce Chönrado, duce Welfone et duce Mahu, et Frowino, tunc eiusdem loci abbate, et aliis multis religiosis viris, in Constantiensi curia deo et beatę Marię devotionis et pietatis intuitu rationabiliter donata est in monachorum Cisterciensis ordinis secundum regulam sancti Benedicti viventium usum perpetuum. Id est locum in quo nunc monasterium situm est, qui olim Salmanneswilære nuncupabatur, nunc autem mutato, nomine Salem dicitur, ecclesiam tunc ibi positam et villam cum decimis et appenditio suo Vorste; Adilsriuti cum ecclesia, decimis et appenditiis suis, scilicet Wartenberc, Witinwilaere; Tephinhart cum appendicio suo; Haselbach², Bebinwilare cum pertinentiis suis. Hec fundatoris primi predia fuere. Ex dono autem Ottonis de Hasenwilære, Bernardi, Adilheidis, per manum Heinrici, quondam ducis Saxonie, Sweindorf cum pertinentiis suis. Omnes etiam mansos in monte qui dicitur Richoluesperc³ clauastro adiacente, quos cum episcopatu Constantiensi sub episcopis eiusdem civitatis et advocatis et consensu chori predicti denobii fratres iuste concambiverunt. Ex largitione Ernistonis de Stuzelingen et filiorum eius Breinuel et Tiufenhulwe cum pertinentiis suis. Ex dono Hermanni et fratris sui Burcardi Etichin Hohenbüch. Ex traditione Vdalrici de Hürningen ecclesiam in Franchenhoun cum omnibus decimis suis. Ex dono Chönradi advocati de Berge⁴ Wolfgangeswilære⁵ cum appenditiis suis. Ex largitione Eigilwardi, Röberti et filii eius Chönradi de Tivringen⁶ Vcinswilære⁷ cum ecclesia, decimis et appenditiis suis. Mansum quoque dimidium ibidem ex donatione comitis Lödewici. Ex donatione Hermanni de Fridingen Grindelbüch cum pertinentiis suis. Ex largitione Alberti, Burchardi, itemque Heinrici, Alberti, Burchardi de Frikingen, Reitenhaselach cum omnibus appenditiis suis. Mansum quoque ibidem Riedin⁸ cum decimatione sua ex dono Richardi de Capella. Ex traditione Röberti et Bertholdi de Aha Dorfisberc⁹ cum decimis et appenditiis suis. Ex

²Unermittelt.

³Unermittelt.

⁴Heiligenberg.

⁵Unermittelt.

⁶Ober- und Unterteuringen.

⁷Wohl Gut Weilers in Klöcken, nicht Fitzenweiler.

⁸Das Ried nordwestlich von Raithaslach.

⁹Ober, Mittel und Unter Dornsberg.

III

donatione abbatis Heremitarum cum conibentia advocati sui et Rūdolfi de Uaccis Muron cum decimis et pertinentiis suis. Ex largitione Hugonis palatini et Chōnradi comitis de Bergen Mencilshusen cum appenditiis suis. Ex dono Heinrici comitis de Bergen Vashsriet cum appenditiis suis. Paludem quoque adiacentem claustro inter terminos abbacie et rivum qui dicitur Blæwac latitudine, longitudine vero sursum usque ad terminos villarum Lensteten scilicet et Frichingen, sursum^a autem ad nemus usque comitis pertingens, ex traditione supradicti comitis Heinrici et fratris sui Chōnradi advocati filiique sui Chōnradi. Proprieta[ti]s namque ipsorum incunctanter fuisse sacramento legitimo bis a comprovincialibus conprobatum est et Constantiensi palatio in sollempni curia ab ipso comite testificatum et a nobis confirmatum est; sicque universe calumpnie occasio in omne sequens tempus est decisa. Ex donatione Waltheri de Durriheim qui vocatur Esil, Rinchenhusen cum appenditiis suis. Ex largitione Bertholfi de Barhōbiton ecclesiam Bachōbiton cum omnibus decimis suis. Eandem quoque villam cum omnibus pertinentiis suis, Osterndorf¹⁰ vel Obernwilære cum omnibus hominibus suę proprietatis. Quia vero fratres eiusdem loci sub solius Romani pontificis tuitione consistunt, cuius nos spetiales advocati deo favente sumus, ipsorum quoque paci, quieti atque libertati, tam presentium quam futurorum, caute in posterum providere volentes, imperiali auctoritate inhibemus aliquam personam ibi offitium advocatię gerere vel usurpare, solis nobis nostrisque successoribus Romanisque regibus seu imperatoribus id offitium in eos conservare omni tempore volentes. Decernimus igitur et sub obtentu gratię nostrę districte precipimus, ut nullus omnino prefatum monasterium temere audeat perturbare, aut eius possessiones auferre, vel aliquibus vexationibus molestare, set omnia integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum huius nostrę confirmationis paginam aliquomodo infringere presumpserit, centum libras auri puri pro pena conponat, medietatem camere nostię et reliquum iniuriam passis. Quod ut ab omnibus inviolabiliter in omne ęvum conservetur, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt: Otto Babenbergensis episcopus. Heinricus Wirceburgensis episcopus. Heinricus Wormatiensis episcopus. Otto Frisiensis episcopus. Waltherus Troianus episcopus. Otto Estetensis episcopus. Manegoldus abbas de Tegerense. Cōnradus dux Suevie. Liupoldus dux Austrie. Bertholdus dux Meranie. comes Fridericus de Zolre. comes Burchardus de Hohenberc. comes Gebehardus de Tolenslein. Rūbertus de Durna. Cŕno de Minzenberc. Mar-

^aSo ist aus *Iusum*, wie anfangs stand, geändert.

¹⁰Eschendorf.

IV

quardus dapifer de Anewilære. Heinricus pincerna de Lutra¹¹ et alii quam plures.

 Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCXCIII., indictione X., regnante domino Heinrico sexto, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXIII., imperii vero secundo.

 Datum Wirceburc, per manum Sigeloy, imperialis aule prothonotarii, VII idus Iunii.

—

Der Abdruck der Urkunde folgt hier wie im gedruckten Württembergischen Urkundenbuch noch dem in vier Bänden in fol. bestehenden, sehr sorgfältig auf Pergament geschriebenen, dem Hauptbestand nach dem dreizehnten Jahrhundert angehörigen *Diplomatarium Salemitanum* im GLA Karlsruhe, Bd. 1, Nr. 14, S. 32-36. Die Urkunde steht hier unter dem Rubrum *Priiilegium Heinrici imperatoris sexti super Salem et quibusdam prediis eius*. Das Original im GLA Karlsruhe wurde nicht mehr verglichen.

¹¹Kaiserslautern.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

A 151; 67/1162 S. 32-36 Nr. 14

Überlieferung und Textkritik:

Original und Abschrift in Karlsruhe.

Editionen:

Codex diplomaticus Salemitanus, Bd. 1, S. 70 ff., Nr. 45.

Regesten:

THEODOR TOECHE: Kaiser Heinrich VI., Leipzig 1867 (Jahrbücher der deutschen Geschichte, 16). [Zuvor lat.: De Henrico VI. Romanorum imperatore, Normannorum regnum sibi vindicante, Berlin 1860], Nr. 654.
 KARL FRIEDRICH STUMPF-BRENTANO: Die Reichskanzler vornehmlich des 10., 11. und 12. Jahrhunderts, nebst einem Beitrage zu den Regesten und zur Kritik der Kaiserurkunden dieser Zeit, 2 Bde., Innsbruck 1865-83. [Bd. 2: Die Kaiserurkunden des X., XI. und XI. , S. 433, Nr. 4750. Regesta Imperii Abt. 4, Bd. 3,1, S. 92 f., Nr. 224; Repertorium schweizergeschichtlicher Quellen, Abt. 1, Bd. 1, S. 8, Nr. 43 (unter 1192 Juni 7)].

Literatur:

PETER CSENDES: Die Schreiber der Kanzlei Kaiser Heinrichs VI, Wien 1968 [ms., Institut für Österreichische Geschichte]. , S. 91; Heilmann: Kloostervogtei, S. 73 ff. (zur kaiserlichen Vogtei).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Würzburg

Ortsindex:

Aach Wohnplatz (14251)
 Aach, KN
 Adelsreute Wohnplatz

(20013)
 Adelsreute, Ravensburg, RV
 Altsteußlingen Wohnplatz (16761)
 Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL
 Annweiler am Trifels, SÜW
 Bachhaupten Wohnplatz (21201)
 Bachhaupten, Ostrach, SIG
 Bamberg, BA
 Behweiler Wohnplatz (18147)
 Behweiler, Oberteuringen, FN
 Bremfeld Wüstung (23877)
 Bremfeld, Ehingen (Donau), UL, W
 Burg Hohenzollern Wohnplatz (16302)
 Burg Hohenzollern, Bisingen, BL
 Dollnstein, EI
 Dürrheim Wüstung (23878)
 Dürrheim, Ehingen (Donau), UL, W
 Eichstätt, EI
 Fessenried Wüstung (23999)
 Fessenried, Heiligenberg, FN, W
 Fitzenweiler Wohnplatz (18023)
 Fitzenweiler, Markdorf, FN
 Frankenhofen Wohnplatz (16774)
 Frankenhofen, Ehingen (Donau), UL
 Freising, FS
 Frickingen Wohnplatz (17832)
 Frickingen, FN
 Fridingen an der Donau Wohnplatz (14050)
 Fridingen an der Donau, TUT
 Gründelbuch (Schäferhof) Wohnplatz (14022)
 Gründelbuch (Schäferhof), Buchheim, TUT
 Haselbach
 Hasenweiler : Horgenzell RV
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)
 Heiligenberg Wohnplatz (17938)
 Heiligenberg, FN
 Herrlingen Wohnplatz (17017)
 Herrlingen, Blaustein, UL
 Hohenberg Wüstung (26307)
 Hohenberg, Schömberg, BL, W
 Hohenbuch Wüstung (23856)
 Hohenbuch, Allmendingen, UL, W
 Kaiserslautern, KL
 Kappel Wohnplatz (17065)
 Kappel, Bad Buchau, BC
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Leustetten Wohnplatz (17838)
 Leustetten, Frickingen, FN
 Lützel, Dep. Haut-Rhin, Frankreich
 Markdorf Wohnplatz (18037)
 Markdorf, FN
 Maurach Wohnplatz (18459)
 Maurach, Uhldingen-Mühlhofen, FN
 Mendlishausen Wohnplatz (18247)
 Mendlishausen, Salem, FN
 Meran, Trentino-Südtirol, Italien
 Mittel Dornsberg Wohnplatz (14303)
 Mittel Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Münzenberg, FB
 Ober Dornsberg Wohnplatz (14307)
 Ober Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Oberteuringen Wohnplatz (18153)
 Oberteuringen, FN
 Oberweiler Wohnplatz (21222)
 Oberweiler, Ostrach, SIG
 Raithaslach Wohnplatz (14670)
 Raithaslach, Stockach, KN
 Richoluesperc
 Ringenhausen Wohnplatz (20960)
 Ringenhausen, Horgenzell, RV
 Schloss Salem : Salem FN
 Schloss Salem Wohnplatz (18257)
 Schwandorferhof Wohnplatz (18260)
 Schwandorferhof, Salem, FN
 Seelfingen Wohnplatz (14679)
 Seelfingen, Stockach, KN
 Tegernsee, MB
 Tepfenhart Wohnplatz (20974)
 Tepfenhart, Horgenzell, RV
 Tiefenhülen Wohnplatz (16795)
 Tiefenhülen, Ehingen (Donau), UL
 Troia, Apulien, Italien
 Unter Dornsberg Wohnplatz (14318)

VII

Unter Dornsberg, Eigeltingen, KN
 Unterteuringen Wohnplatz (18161)
 Unterteuringen, Oberteuringen, FN
 Vaz/Obervaz, Kt. Graubünden, Schweiz
 Walldürn Wohnplatz (6198)
 Walldürn, MOS
 Wartinperc Wüstung (24107)
 Wartinperc, Ravensburg, RV, W
 Wittinwillar Wüstung (24108)
 Wittinwillar, Ravensburg, RV, W
 Wolfgangeswilære
 Worms, WO
 Würzburg, WÜ